

SYLLOGES
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN
VERSIONES GRAECAS V. T.

PARS III.

QVA

AD MEMORIAM RESVRRECTIONIS CHRISTI

a. p. C. n. MDCCCI

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

PIE CELEBRANDAM

PVBLYCO NOMINE

INVITAT

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER

PHILOSOPH. ET THEOLOG. DOCTOR, HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD.
IN ACAD. VITEBERG. AEDI ARCIS ET ACADEM. PRAEPOSITVS, NEC
NON CONSIST. ELECT. ECCLES. ASSESSOR, ORDINIS THEOL.
H. T. DECANVS.

VITEBERGAE

LITERIS C. P. MELTZERI HAEREDVM.



STILLOS
EMENDATIONES TOULONENSIS IN
VERSIONES GRÆCÆ ET
PAG. 111

AD THEOPHILUM BRUNNENSEM
E. G. M. 1852
IN ACADEMIA VITTIENSI
PUBLICE NOMINE
HONORABILIS THEOPHILUS SCHEFFERT
PHILOSOPHUS, PRÆTORIUS
IN ACADEMIA VITTIENSI
NON CONSTITUITUR



LIBER I. SAMVELIS.

1. Sam. I, 15. LXX habent hic miram locutionem: γυνή ἢ σκληρά ἡμέ-
 ρα ἐγὼ εἶμι, prout legitur in codicibus Vaticano et Alexandrino, et in
 codice suo habuit *Philo* in libro *de temulentia* p. 261 ed. Paris. In *Aldino*
 et *Complutenſi* est ἐν σκληρῶ ἡμέρα, quod meram interpretationem exhibere
 mihi videtur. In versione Alexandrina levi mutatione legendum arbitror:
 γυνή ἢ σκληρὰ ἡμέρα ἐγὼ εἶμι h. e. mulier sum admodum infelix. In-
 felix enim apud hebraeos יום קשה dicitur, v. c. Iob. XXX, 25. Pro-
 pterea autem non יום loco רוח legisse Alexandrini videntur, sed libere
 tantum pro more suo sensum expresserunt. Qui enim est *durus die*, est
 etiam *durus spiritu*, qui miseria premitur, eius animus etiam duro affectu
 premitur seu moeret.

1 Sam. II, 32. יום ה' ה' ה' ה' ה' *Theodot.* καὶ ἐπιβλέψεις τὸ κραταί-
 ωμα Μαῶν. Scribendum est καὶ ἐπιβλέψεις τὸ κραταίωμα, omiſſa
 voce Μαῶν. Scilicet κραταίωμα arbitror pertinere ad ἵψω, pro quo aut
Theodotio aut Iudaei Alexandrini legerint ἵψω. Nam Μαῶν profectum
 esse potest ab Alexandrinis Iudaeis non minus, quam ab *Theodotione*,
 e quo vocabulo ortum est μαῶν, quod habet exemplum *Complutenſe*, et
 μαῶν, quae verba extant in *Cod. Alexandrino*. *Fischer de Verſſ. GG. V. T.*
 p. 154.

1 Sam. IV, 6. Non dubitare quemquam harum literarum peritum
 posse, quin verba: τίς ἢ φωνὴ τῆ ἀλαλάγματος τῆς, et, τίς ἢ κραυγὴ
 τῆ ἀλαλαγμῶ, quorum haec in Alexandrino Codice, ista in editione
Complutenſi leguntur, aliena existimanda et ad *Aquilam*, ut auctorem,
 referenda sint, recte iudicat *Fischerus* in *Prolog. de Verſſ. GG. V. T.*
 p. 96. Partim enim פִּעֻרָה ab *Aquila* alibi (v. c. Iob. VIII, 22. XXXIII,
 25.) nomine ἀλαλαγμῶς redditum reperitur, partim satis constat exem-
 plum Alexandrinae versionis *Complutenſe* refertissimum esse verbis reli-
 quorum interpretum, adeo ut vel ex eo maximae contrahi copiae possint,
 quibus augeantur ornenturque reliquiae *Hexaplorum Origenis*.

1131

E 2

1 Sam.



1 Sam. VIII, 12. Pro verbis Hebraicis: וְהָרַשׁ חִירָשׁוֹ וְלִקְצָר קָצִירָו in exemplis versionis Alexandrinae omnibus, excepto Complutenſi, leguntur graeca verba haec: καὶ θερίζεν θερισμὸν αὐτῆ, καὶ τρυγᾷν τρυγητὸν αὐτῆ. Haec vero duplex est posterioris membri interpretatio, ita ut desideretur membri prioris explicatio, quam quidem servavit Complutenſe exemplum. In hoc enim totus locus sic legitur: καὶ ἀρετρίαν τὴν ἀρετρίαν αὐτῆ, καὶ τρυγᾷν τρυγητὸν αὐτῆ. Nam quum LXX Interpretes permutare conſuerint inter ſe verba formarum, quum aliis quoque locis verbum קָצַר reddiderint verbo τρυγᾷν, et nomen קָצִיר nomine τρυγητὸν, quod a nullo alio interprete factum reperiat, quis dubitet, quin verba καὶ τρυγᾷν τρυγητὸν ab Alexandrinis Iudaeis profecta ſint, ſed verba: καὶ θερίζεν θερισμὸν αὐτῆ ex alia Verſione in margines exemplorum Verſ. Alex. translata, inde in ipſum verborum contextum ita migrarint, ut loco moverint verba τῶν δ καὶ ἀρετρίαν ἀρετρίαν αὐτῆ. *Fischer de Vitiiis Lexic. N. T. Prol. VII. p. 8.*

1 Sam. IX, 25. *Faberus* in notis ad *Harmari* obſervati. in *Orient. T. I.* p. 160 monet pro διεξῶσαν τῶ Σαδλ apud Alexandrinos legendum eſſe: διεξῶσε μετὰ Σαδλ. Cuius coniecturae ut fidem faciat provocat ad Verſionem Vulgatam.

1 Sam. XI, 11. In Aldin. et Complutenſi pro τῆ ἐωθινῆ legitur τῆ πρωινῆ, quod eſt haud dubie alius interpretis verbum.

1 Sam. XII, 14. Verba καὶ ἐξελῆται ὑμᾶς et ἐκ ἔσται χεὶρ κυρῆς ἐφ' ὑμᾶς, quorum haec in exemplo Aldino, illa in Complutenſi leguntur poſt verba ὀπίσω κυρῆς πορευόμενοι, eo minus dubitari poteſt, quin aliena iudicari debeant, quae e margine irreperſerint, quum *Montſauconius* verba καὶ ἐξελῆται ὑμᾶς collocata ibi invenit in Cod. Regio Pariſienſi.

1 Sam. XIX. Verba ἡγάπα τὸν Δαυὶδ, quae leguntur in exemplo Complutenſi, non ſunt Alexandrinorum Interpretum, immo alius interpretis. *Montſauconius* enim ea ſcripta reperit in margine Codicis Regii.

1 Sam. XXIII, 13. Ad verbum יוהלכו *Montſauconius* e codice Coiſliniano protulit ἐρεμῶντο, quod profectum eſſet a Symmacho. Sed eſt ſane vocabulum nihili, cuius loco *Valckenarius* ad *Euripidis Phoeniſſas* p. 147 ἐρεμῶντο reponendum eſſe praeclare vidit, quod et ipſe Vulgatus Interpres in ſua verſione verbo vagabantur expreſſit. *Phavorinus* ex *Suida* ἐρεμῶντο, ἀπεπλανῶντο.

1 Sam.

1 Sam. XXIV, 4. Loco παρασκευάσασθαι apud Alexandrinos forte legendum cum *Hew. Stephano* in Thesouro ἀποσκευάσασθαι ventris onus deponere, quod corpus reficere *Sulpicius Severus* Histor. S. lib. I. dixit, *Pollux Onom.* V, 14. ἀποσκευάσασθαι, σχέσασθαι. Vsurpant etiam LXX Intt. Levit. XIV, 36. pro vacuare. Haud silendum tamen pro παρασκευάσασθαι legere *Theodoretum ἀνασκευάσασθαι*, id est, ad deponendum, onus ventris scilicet.

1 Sam. XXXI, 9. in exemplo Aldino Vers. Alex. legitur, καὶ ἀποσρέψον αὐτόν, καὶ ἐξέδυσαν τὰ σκευῆ αὐτοῦ, καὶ ἀποκόπτει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Sed verba καὶ ἀποκόπτει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ videntur esse verba Aquilae, adscripta a Grammaticis ad verba LXX Intt. καὶ ἀποσρέψον αὐτόν, et a librariis in ordinem e margine translata, sed alieno in loco collocata. Ibidem pro ἀποσρέψον in exemplo Complutensi legitur ἀποκεφαλίσον, quod verbum *Montfauconius* in Cod. Regio contra verbum ἀποσρέψον positum offenderat. Suspicor igitur illud esse ex *Theodotionis* versione arcessitum, et quaerendum amplius censeo, an non forte ex eo natum sit verbum ἀποσρέψον, ita, ut verba *Theodotionis ἀποκεφαλίσον αὐτόν* locum et sedem verborum Alexandrinorum interpretum ἀφαιρέσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ occuparint. Certe formulam וְנָתַתָּה אֶת־רֹאשׁוֹ אֶת־יְהוָה ab interprete Commentariorum Samuelis reliquis quoque eorum in locis (1 Sam. XVII, 51. 2 Sam. XX, 22.) formula ἀφαιρέει τὴν κεφαλὴν explicatam esse videmus.

LIBER II. SAMVELIS.

2 Sam. I, 12. ubi verbis יהוה עם לך, quae habet textus hebraicus, in versione Alexandrina respondent: ἐπὶ τὸν λαόν Ἰσραὴλ, vocem Ἰσραὴλ tanquam mendosam sollicitat *Fullerus Miscell.* lib. IV. cap. 13. legendum existimans deleta vna tantum litera δ, Ἰσα, ut scilicet Graecum hebraeo respondeat. Sed satis constat, (quod paullo ante fatetur ipse *Fullerus*.) LXX Interpretes a distincta et aperta nominis יהוה (quod ἀνευθώνητον indicabat Iudaeorum superstitione) passim alibi abstinuisse, ut adeo verosimile sit, et hoc loco nomen hoc augustissimum vsurpare noluisse, et loco יהוה scripsisse Ἰσραὴλ, quod etiam verbis sequentibus καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ magis convenire ipsis videretur. *Colomesius* in *Obss.* SS. p. 76 ipsi textui hebraeo medelam adhibendam esse indicat, legendo nimirum יהודה pro יהוה.

E 3

2 Sam.

2 Sam. I, 19. Alexandrinus habet: *σήλωσον, ἰσραήλ, ἐπὶ τὰ ὕψη σε ὑπὲρ (al. περὶ) τεθνηκότων σε τραυματιῶν.* Duplicem verborum *ךינתומב—לע* versionem esse, illico patet; *ἐπὶ τὰ ὕψη σε* videtur vera Alexandrini lectio esse, et altera ex Aquilae fortasse versione textui illata, qui habet: *ἀκρίβασον, ἰσραήλ, περὶ τῶν τεθνηκότων σε τραυματιῶν,* ita ut *ךינתומב*, a *תומב* derivatum, vertat, ac si *ךינתומב—לע* legisset. Dum autem *σήλωσον* habet, *יציב* seu *צב*, sive adeo in foeminino *יציבה* pronuntiavit, a *צב* sive *צב*, quod verbum cum suis derivatis *שילוא, שילה, שילואמא, שילואיס* vertere solet, quod vel ex *Bielii* Thesauro patet.

2 Sam. II, 8. Ultima huius commatis verba in versione Alexandrina secundum exemplar Vaticanum ita translata reperiuntur: *καὶ ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς Μαναῆμ.* Loco *ἀνεβίβασεν* necessario reponendum est *διεβίβασεν*, quam lectionem, expressam iam in editione Complutensi, sequutus quoque est *Iosephus* A. I. VII. 1, 3. *Ἀνεβίβασεν* enim est hebraicum *ויעברו*, non autem *ויעברו*, quod in textu hebraico h. l. legitur, et cui *διεβίβασεν* bene respondet. Verba *ἐκ τῆς παρεμβολῆς* suspicor aliunde huc migrasse, forsitan e v. 12. vbi Ed. *Complutensis* dissentiens a scriptura Vulgata *ἐκ Μαναῆμ* sive *Μαναῆμ* (*מנחם*) habet *ἐκ παρεμβολῆς*. Quocumque modo vitiatam esse versionem Alexandrinam docet dissensus librorum, in quorum nonnullis (Ed. Complut. et Cod. Alex.) lectio genuina *εἰς Μαναῆμ* a glossemate *ἐκ τῆς παρεμβολῆς* loco pulsa videtur. *Scharfsenberg Prol. de Iosephi et Versionis Alexandrinae consensu* p. 8.

2 Sam. II, 23. *Aquila* verba *שמחה—לא* transtulit *πρὸς τὸν ἐνοπλασμόν in armatura*, coll. III, 27. IV, 6. Sic enim scribi hoc vocabulum debebat, non *ἐνοπλασμόν*, ut expressum est in editione *Bahratii*, quod *κακοζήλια* quadam effictum est ex alio errore *Montfauconii*, qui *ἐνοπλασμόν* dederat.

2 Sam. IV, 6. Quae initio huius commatis in exemplo Vaticano leguntur, verbis *καὶ ἰδὲ ἡ θυρωρὸς τῶ οἴκου ἐκάθαιρε πυρρὸς, καὶ ἐνίσταε καὶ ἐκάθευθε* nihil in textu hebraico respondet. *Clericus* quidem ex hac lacinia a Graeco assuta hebraicam veritatem reformare, lectionisque exsculpere ausus est varietatem, sed frustraneo conatu. Fuit enim illud additamentum primo interpretamenti instar margini adiectum, mox vero ab imperitis librariis textui immixtum, ut rationem aliquantum declararent, cur sine

sine illo impedimento ad Isbosethi potuerint pergere penetralia Rechabus et Behana, qui Rimmonis filii Banaotha et Thannus appellantur a *Iosepho* A. I. VII, 2, 1. qui vel ex eodem interpretamento hausit, vel eidem occasionem dedit. Caeterum additamentum hoc versionis Alexandrinae exhibit etiam *Versio Latina Vetus* praesertim in Codice *German. et Corb.* n. 1. teste *Petr. Sabatier* ad h. l. *et ostiaria domus purgans triticum obdormivit. Ingressi sunt autem latenter assumentes spicas tritici.*

2 Sam. VI, 19. Admodum suspecta mihi sunt verba Alexandrinorum Intt. καὶ λάγανον ἀπὸ τηγάνου (et laganum de sartagine), quae sine vlla varietate lectionis in omnibus codicibus ac editionibus reperiuntur. Fortasse scripserunt Alexandrini καὶ λάγανον ἀπὸ τηγάνου καυλὸν de ruta. Ibidem etiam mihi videtur *Chaldaeus* depravatus, quem loco מנחתה חלה et portionem unam scripsisse puto מנחתה חלה et mentam unam, h. e. thyrsium de menta.

2 Sam. VIII, 5. In libris hebraicis dicuntur caesa esse Syrorum viginti duo millia coll. 1 Chron. XVIII, 5. Etiam Alexandrini secundum editionem Complutensem et codic. Vatic. ἑκοσι δύο χιλιάδας ἀνδρῶν enumerant. His non obstantibus illud δύο ante χιλιάδας spurium esse ac librario deberi existimo, qui versionem Alexandrinam in concordiam cum textu hebraico redigere volebat. Certe Codex Alexandrinus habet ἑκοσι χιλιάδας, quem etiam sequutus est *Iosephus* A. I. VII, 5, 2.

2 Sam. XII, 6. Hebraicum ארבעתים Alexandrini transtulerunt ἑξαπλάσιονa *sepiuplum*, h. e. שבועה. In *Editione Complutensi* et apud *Theodoretum* (Quaest. ad h. l. p. 426 ed. Hal.) legitur quidem τετραπλάσιον, sed haec lectio e recensione hexaplati irrepsit, estque *Theodotionis* interpretatio, vt ex Hexaplis Origenianis apparet.

2 Sam. XII, 17. vbi in editione Complutensi pro καὶ εὐσυνέφαγεν αὐτοῖς ἄρτον legitur εὐδὲ συνέδειπνησεν ἄρτον μετ' αὐτῶν certum videtur verba εὐδὲ συνέδειπνησεν κ. τ. λ. vindicanda esse Symmacho, ita vt οἱ ὁ scripserint: καὶ εὐσυνέφαγεν αὐτοῖς ἄρτον. *Fischerus* de vitiiis *Lexicorum* N. T. Prol. XII. p. 10.

2 Sam. XIII, 29. Verba καὶ ἐπέβησαν ἕκαστος ἐπὶ τὸν ἡμίονον αὐτῶ, quae *Montfauconius* in Cod. Reg. primo reperit pro hebraicis פרוּדוּ עַל-אִישׁ יִירכבו Symmachum puto auctorem habere. Hic enim interpres etiam Numer. II. 17. nomen אִישׁ pronomine ἕκαστος explicavit.

2 Sam.

2 Sam. XV, 18. In Complut. et Ald. recte legitur πεζοί (coll. v. 17.), quum Codex Vaticanus habeat τοῖς ποσὶν αὐτῶν, quae videntur esse verba Aquilae, ita vt pro αὐτῶν reponendum αὐτῆ censeam. Certe v. 16. ad verbum ברגליו in exemplo Complutensi legitur duplex interpretatio πεζοί τοῖς ποσὶν αὐτῆ. Quis vero dubitet, verba τοῖς ποσὶν αὐτῆ Aquilae, nomen πεζοί septuaginta interpretibus tribuere? etsi non ignoro Montfauconium in margine Codicis Regii primi inuenisse πεζοί.

2 Sam. XV, 32. et XVI, 16. commemoratur in textu hebraico רוך חושי הארכי רעה רוד h. e. *Chusai Arachites* (a loco quodam *Arach* denominatus Ios. XVI, 2.) *amicus David*, vt interpres Vulgatus recte translulit. Idem vero ab Alexandrinis vocatur χροὶ ὁ ἀρχιεταῖρος Δαυὶδ. Quilibet haec verba cum hebraicis conferens, facile sentiet vitium scripturae vulgatae, quod peperit incuria libratorum, verba, quae seiungenda erant, coniungentium. Scribendum est χροὶ ὁ ἀρχι ἐταῖρος Δαυὶδ, vt recte vtroque loco editio Complutensis habet. Caeterum ex vitioso ἀρχιεταῖρος, quod in versione Alexandrina legitur, effictum est vocabulum ἀρχιφίλος, quod habent exemplaria vulgaria, velut *Ittigianum*, *Iosephi* A. I. VII, 9, 6. pro quo *Havercampus* recte edidit φίλον, vt antea locutus est *Iosephus* §. 2 et 5. Confer *Fulleri Miscellanea* SS. I. II. cap. 10.

2 Sam. XVI, 1. *Fabero* in notis ad *Harmari Observations in Orientem* T. I. pag. 396 admodum suspecta fuerunt verba ἐκατόν Φοίνικες, quibus vsi sunt Alexandrini pro קִיץ מֵאָה, et quorum loco in editione Complutensi ἐκατόν παλάμαι leguntur. Amplexus opinionem, quam olim proposuit ac defendit *Grassmannus* (in *Hypomnematis historico-criticis ad illustrandam hypothesein de codicibus hebraeo-graecis interpretum graecorum* V. T. Hal 774. 4.) non solum statuit Alexandrinos codicibus hebraeo-graecis vsos esse, sed etiam sumit librarium huius textus hebraeo-graeci קִיץ מֵאָה loco קִיץ מֵאָה legisse, adeoque scripsisse διφει κεις. Vox enim קִיץ in versionibus graecis per διφει et διφει vulgo (v. c. Ruth. II, 17) exprimitur. Hanc formulam διφει κεις, quippe obscuram pro more suo retinuisse auctorem huius versionis porro opinatus est *Faberus*, ac deinde a libraribus vocem graecam sed contractam eam habentibus in διφει κεις mutatam fuisse, cui alii ἐκατόν e textu hebraico addiderint. Sed mihi Alexandrini vocem hebraicam קִיץ admodum ambiguum, quae omnis generis fructus arborum significat, pro more suo ex coniectura de fructibus palmarum accepisse videntur.

2 Sam.

2 Sam. XVII, 9. Verba ἐν ἐνὶ τῶν βενῶν in versione Alexandrina cum hebraicis בַּחֲמַת הַפְּתוּחָה (in fovea quadam) nullo modo conciliari possunt. Sine dubio legendum est: ἐν ἐνὶ τῶν βοθρῶν. Certe etiam alibi (v. c. infra c. XVIII, 17.) פַּתַּח ab Alexandrinis redditum est βόθρους. Editio Complutensis a lectione vulgata ita discrepat, ut pro βενῶν habeat αὐλώνων. Sed αὐλών vallis respondet hebraico מַיָּה in versione Alexandrina 1 Sam. XVII, 3. Scharfenbergio in Prol. saepius laudata p. 24 in mentem venit suspicari, αὐλώνων, quod Montfauconius ignoto cuidam interpreti tribuit, esse glossema ductum e Iosephi VII, 9, 6.

2 Sam. XVII, 29. Hic iterum graecus interpres aut ignoravit significationem nominis תרשׁו, aut quod probabilius videtur notissimum habuit inter eos, quibus codicem sacrum in linguam graecam transferret, ac propterea ipsum hebraicum vocabulum graecis literis scriptum retinuit, et vertit καὶ σαφῶς βοῶν. Exemplum graeci Complutense habet γαλαθινὰ (pro quo γαλαθιναῖ scribendum est, ut recte iam monuit Bochartus Hierox. I, 2, 32, 6. p. 316.) μοσχάρια lactentes vitulos. Videtur hoc interpretamentum esse margini adscriptum, quo vocabulum obscurum, quanquam minus recte, explicaretur. Minus enim mihi arridet opinio Bocharti, qui l. l. haec ex Aquila, Symmacho, aut alio veterum esse repetita statuit; Magis enim proprie illi convertissent.

2 Sam. XVIII, 11. Pro δέκα ἀργυρίσ (קַסְסֵי הַכֶּסֶף decem siclos) in edit. Ald. et Catena Nicephori scribitur πεντήκοντα σίκλῶς ἀργυρίσ. Interpolationem hic arguit duplex interpretatio vocis hebraicae קַסְסֵי, quam e Iosepho ductam esse clare docet locus A. I. VII, 2, 10. ubi sic loquitur: καὶ πενήκοντα σίκλῶς ἂν αὐτῶ διδοῦναι τῷ στρατηγῷ Φήσαντος, εἰ βαλῶν ἀπέκτεινε τὸν Ἀβεσάλωμον. Idem quoque statuendum est de verbis versionis Alexandrinae, quae in eodem capite v. 17 leguntur: εἰς χάσμα μέγα — εἰς τὸν βοθρὸν τὸν μέγαν. Quo loco ut appareat, vnde ortum sit εἰς χάσμα (vocabulum Alexandrinis inusitatum) μέγα conferenda sunt verba Iosephi (A. I. VII, 10, 2.) καὶ τὸν μὲν εἰς χάσμα βαθὺ καὶ ἀφανῆς εἰψάντες.

2 Sam. XXIII, 3. Delenda est praepositio ἐξ inserta in versione Alexandrina verbis Φύλαξ Ἰσραὴλ, recte etiam omissa in Alex. et Ald. Praepositio ἐξ ex antecedenti Φύλαξ orta esse videtur.

2 Sam. XXIII, 11. Hebraica קִיָּה לְיָמֵי פְּלִשְׁתִּים וְסַפְרֵי אֲלֵפִים Alexandrini interpretes male reddiderunt: καὶ συνήχθησαν οἱ ἀλλόφυλοι εἰς θήρια.

F

קִיָּה

היה enim *agmen* significat coll. v. 13. vbi iidem interpretes היה פלשה recte transtulerunt: τάγμα τῶν ἀλλοφύλων. *Iosephus A. I. VII, 12, 4.* eandem rem his verbis narrat: εἰς τόπον Σιαγόνα λεγόμενον αὐτῶν (scil. Παλαιστίνων) παρατάξαμένων. Existimavit nempe היהל, quod fortasse היהל ad *Lechi* legebat, esse nomen proprium loci, cuius mentio fit Iud. XV, 14. XVII, 19. Ex Iosepho interpolatum est exemplum Complutense, vbi pro εἰς Θήρια leguntur verba ἐπὶ σιαγόνα, quae in margine Cod. Coisl. notata reperit *Griesbachius* in *Eichhornii Repertor. Bibl. et Orient. literat.* P. II. p. 238.

2 Sam. XXIV, 9. Emendandum hic est vitium *Montfauconii*, qui dum ad h. l. profert notam Cod. Coisl. 2. „*Quingenta iacet in Hexaplo, sed apud solum Theodotionem quadringenta*“ compendium scripturae Θ male intellexit. Loco *Theodotionis*, *Theodoretum* nominare debuisset, cui plures notas hexaplares debent librarii Codicum, quos *Montfauconius* excussit. Libri enim hebraici et graeci enumerant h. l. Israelitarum ὀξίγента millia, Iudaeorum quingenta millia. Sed in *Catena Nicephori*, cui simile exemplum olim vsurpavit *Theodoretus* *Quaest. in h. l. Opp. T. I. p. 452.* ed. Hal. recensentur Israelitarum ἑνεακόσια χιλιάδες, et Iudaeorum τετρακόσια χιλιάδες, quod profus convenit cum narratione *Iosephi A. I. VII, 13, 1.*

2 Sam. XXIV, 22. Ignotus ille interpres (cuius verba e *Cod. Coisl.* 2. ducta, καὶ τὰ ἄροτρα, equidem ad hebr. וְכָרַתְּ וְהָיָה לְךָ תְּרִיבִּים et tribulas, LXX καὶ οἱ τροχοί, referre malim, quam cum *Montfauconio* ad וְכָרַתְּ וְהָיָה לְךָ תְּרִיבִּים et iuga boum, LXX καὶ τὰ σκέπη τῶν βοῶν.) haud dubie est *Iosephus*, qui dum A. I. VII. 13. 4. Araunam Davidi dicere iubet, se καὶ τὴν ἄλω, καὶ τὰ ἄροτρα, καὶ τὰς βόας εἰς ὄλοκαύτωσιν χαρίζεσθαι, more suo non premeus verba hebraica, sed eorum sensum utcumque reddens *tributis* substituit *aratra*, fere vt supra c. VIII, 3. coll. 2 Sam. XIII, 29. pro *mulis* posuit *equos*. *Scharfenberg* *Prol. de Iosephi et Verf. Alex. Consensu* pag. 22.

LIBER I. REGVM.

1 Reg. I, 2. Quod in Edit. Complutenfi legitur κατακείσεται pro κοιμηθήσεται, non tam in numerum variarum lectionum referendum videtur, sed est alius interpretis versio. Sic etiam verba εἰσάγξωσιν αὐτὴν
τῶ

τῶ βασιλεῖ, quae in Editione Complutenſi v. 3. pro ἡνεγκαν αὐτὴν πρὸς τὸν βασιλέα leguntur, *Symmachio* reddenda esse iudico, quum εἰσάγειν τινά τινι exquisitius dictum sit.

1 Reg. I, 4. Verba καὶ ἦν θάλλεσσα τὸν βασιλέα, quae habet exemplar Vaticanum, et levi cum traiectione etiam in codice Alexandrino leguntur, editio Complutenſis in καὶ ἦν τῶ βασιλεῖ θάλλεσσα mutavit. De qua varia lectione mihi ita videtur. Scilicet librarius descripsit codicem Hexaplarum, in quo esset scriptum, in textu quidem: καὶ ἦν τῶ βασιλεῖ σύγκοιτος, in margine autem θάλλεσσα. Recepit in textum θάλλεσσα pro σύγκοιτος, reliquit τῶ βασιλεῖ. Nam alius interpres, fortasse *Symmachus* vertit: καὶ ἦν τῶ βασιλεῖ σύγκοιτος, ut legit in suis codicibus *Procopius Gazaeus*. Neque enim credibile est Alexandrinos fuisse adeo inconstantes, ut idem verbum versibus tam paucis verterint verbis diversis.

1 Reg. I, 5. Verba προτρέχοντας αὐτῶ, quae h. l. in exemplo Complutenſi leguntur, esse videntur *Symmachi*; quemadmodum etiam ἐπιτίμησεν αὐτῶ, quod in eadem editione paulo post v. 6. pro ἀπέκλωσεν αὐτῶν legitur, haud dubie ab *Theodotione* profectum est. *Iosephus* utrumque verbum et ἐπιτίμησεν et ἀπέκλωσεν, ut opinor, expressit. Idem valet de verbis ὅπως σώσης κ. τ. λ., quae v. 12. in Complut. pro καὶ ἐξέλετ τὴν ψυχὴν σε leguntur, quae etiam sunt verba alius interpretis, fortassis *Symmachi*. Ipsi grammatici veteres v. c. *Hesychius* verbum ἐξελέθει interpretantur verbo σώσει, neque vero hebraicum מלח multum differt a voce עישיה. Confer *Schultensium* ad Iob. I, 18.

1 Reg. I, 15. Iterum h. l. alius interpretis, fortasse *Symmachi*, verba servavit exemplum Complutenſe Versionis Alexandrinae. In eo enim pro verbis εἰς τὸ ταμεῖον, quae in exemplis reliquis leguntur, habentur verba εἰς τὸν κοιτῶνα, quae quin ex alia versione graeca desumpta sint, quis dubitet. Etenim ut taceam in exemplo Complutenſi multis aliis locis pro verbis Alexandrinorum Iudaeorum substituta inveniri aliorum interpretum verba (confer *Fischeri Prolesiones de Verſſ. Gr. lit. Hebr. magistris* p. 96.) non solum alibi (v. c. Gen. XLIII, 30, Iudd. XV, 1.) pro ταμεῖον in Hexaplis Origenianis ex alia versione graeca nescio qua, κοιτῶν afferri videmus, sed etiam in *Hesychiano* Glossario (in quo verba LXX explicantur fere verbis aliorum interpretum veterum. Vide *Fischeri Proles. de Verſſ. GG.* p. 196. et *Specimen Clavis Verſſ. GG.* p. 12.) extare scimus glossam



haud dubie ex illo ipso loco Versionis Alexandrinae sumtam hanc: τα-
μεῖον, κοιτῶνα. *Fischerus* in *Proll. V. ad varia loca SS.* p. 104.

1 Reg. I, 35. In Codice Vaticano Versionis Alexandrinae ante καὶ
καθήσεται a librario omiſſa videntur verba καὶ ἀναβήσεται ὀπίσω αὐτῶ,
καὶ ἐσελεύσεται, quae non modo in Complut. Ald. et Alex. leguntur, sed
etiam expressa sunt ab interprete Vulgato.

1 Reg. I, 36. In omnibus fere libris editis verba Versionis Alexan-
drinae γένοιτο ἔτως copulata leguntur. Sed *Fischerus* in *Prohuss. V. ad
varia loca SS.* p. 67 ea divellenda censet, ita vt particula ἔτως cum verbo
πιζῶσαι coniungatur. Verba autem τὸ ἥμα et τὰς λόγους, quae in ex-
emplo Aldino et Complutensi ante τῶ κυρίου με inferta leguntur, aliena
esse videntur, quippe addita ab aliquo, vt oratio plena redderetur.

1 Reg. I, 40. In omnibus codicibus versionis Alexandrinae legitur
καὶ ἐξέβῳγη ἡ γῆ ἐν τῇ Φωνῇ αὐτῶν, ita vt dissilire solum videretur clamo-
ribus eorum. In exemplo *Complutensi* tantum reperitur: καὶ ἤχησεν κ. τ. λ.
vt et in versione *Vulgata*: insonuit terra a clamore eorum, quae forma lo-
quendi sane accommodatior est et graecae rationi et ipsius rei naturae, vt
terra resonare dicatur clamoribus. Hinc olim suspicatus sum ἤχησεν esse
a *Symmacho* profectum. Sed nunc partim codicum et vulgati interpretis
partim *Iosephi* auctoritate commoveor, vt credam ἤχησεν esse Alexandri-
norum interpretum, ac ἐξέβῳγη ex *Aquila* versione irrepsisse.

1 Reg. I, 44. In plerisque exemplis versionis Alexandrinae reperitur:
καὶ ἐπεκαθίσαν αὐτὸν κ. τ. λ., sed in exemplo *Complutensi* legitur: καὶ
ἐπεβίβασαν αὐτὸν κ. τ. ε. Verbum ἐπεβίβασαν videtur sumtum esse ex
Aquila aut *Symmachi* versione.

1 Reg. II, 2. Post verba καὶ ἔση εἰς ἀνδρα in versione Alexandrina
omissum est δυνάμεως, quod textus hebraicus postulat. Verba enim in-
terpretis graeci nescio cuius, quae a *Procopio Gazaeo* laudantur, et a *Mont-
fauconio* inventa sunt in codice bibliothecae Parisiensis regiae, καὶ ἔση εἰς
ἀνδρα δυνάμεως verba ipsorum Alexandrinorum interpretum mihi esse
videntur.

1 Reg. V, 32. Quae in *editione Complutensi* et *Catena Nicephori* le-
guntur verba: οἱ δὲλοι Σολομῶντος καὶ οἱ δὲλοι Χειράμ glossema potius re-
dolare videntur, quam versionem e diversa librorum hebraicorum scri-
ptura דְּבַרְיָ pro דְּבַרְיָ expressam. Certe lectio codicis Alexandrini οἱ υἱοὶ
Σαλω-

Σαλαμών καὶ οἱ υἱοὶ Χεραΐμ hebraico facilius conciliari potest, adeoque praeferenda videtur.

1 Reg. X, 8. Hoc loco in omnibus Versionis Alexandrinae exemplis pro $\tau\omicron\mu\omega\eta$ legitur $\delta\iota' \delta\lambda\omicron\varsigma$, sed Complutensis habet $\delta\iota\alpha\ \pi\alpha\nu\tau\omicron\varsigma$, quae haut dubie vera lectio est: $\delta\iota' \delta\lambda\omicron\varsigma$ alii cuidam interpreti, fortassis *Aquilae*, vindicandum videtur.

LIBER II. REGVM.

2 Reg. II, 14. $\pi\tilde{\epsilon}\ \delta\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \eta\lambda\iota\epsilon\ \acute{\alpha}\phi\phi\acute{\omega}$. Quid hoc $\acute{\alpha}\phi\phi\acute{\omega}$ sit disputarunt interpretes. Iuxta quosdam nomen *patris* est sensu diminutivo. At quomodo id? Mutetur scilicet $\acute{\alpha}\phi\phi\acute{\omega}$ et $\acute{\alpha}\pi\phi\acute{\omega}$ in $\acute{\alpha}\pi\phi\tilde{\upsilon}\varsigma$, hocque diminutivum dicitur $\tau\tilde{\epsilon}\ \pi\acute{\alpha}\pi\pi\alpha$ abiecto π initiali, converloque π sequenti in ϕ , et α in $\upsilon\varsigma$, et exurget vox desiderata $\acute{\alpha}\phi\phi\acute{\omega}$. Sic *Etymolog. M.*: $\acute{\alpha}\pi\phi\tilde{\upsilon}\varsigma$, $\delta\ \pi\alpha\tau\eta\rho\varsigma$, $\epsilon\iota\rho\eta\tau\alpha\iota$ $\upsilon\pi\omicron\kappa\omicron\rho\epsilon\iota\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ $\acute{\alpha}\pi\delta\ \tau\tilde{\epsilon}\ \pi\acute{\alpha}\pi\pi\alpha$, $\delta\ \sigma\eta\mu\alpha\iota\nu\epsilon\iota$ $\tau\omicron\nu\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\alpha$, $\acute{\alpha}\phi\epsilon\upsilon\rho\epsilon\iota\sigma\epsilon\iota$ $\tau\tilde{\epsilon}\ \kappa\alpha\tau\ \acute{\alpha}\rho\chi\alpha\varsigma\ \pi$, $\acute{\alpha}\pi\pi\alpha$ $\acute{\alpha}\pi\phi\tilde{\upsilon}\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$ $\tau\rho\omicron\pi\tilde{\eta}$ $\tau\tilde{\epsilon}\ \pi$ $\epsilon\iota\varsigma\ \phi$ $\acute{\alpha}\pi\phi\tilde{\upsilon}\varsigma$, $\omega\varsigma$ $\delta\iota\omicron\nu\tilde{\upsilon}\varsigma$ $\delta\ \delta\iota\omicron\nu\tilde{\upsilon}\sigma\omicron\varsigma$. Aliis hac voce notatur *diplosia* $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$, $\eta\ \delta\iota\tau\tau\eta\ \chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$ $\pi\acute{\nu}\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ $\acute{\alpha}\gamma\iota\epsilon$, quae interpretatio, quibus fundamentis nitatur, vix Oedipus diceret. Alii per $\gamma\tilde{\omega}\nu$ nunc, alii *Theodoretum*, aut potius alios interpretes, quorum versionem laudat, sequuti, per $\kappa\rho\acute{\upsilon}\phi\iota\omicron\nu$ vel $\acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\rho\upsilon\phi\omicron\nu$ *occultum* interpretantur. *Suidas*, $\acute{\alpha}\pi\phi\acute{\omega}$, $\delta\ \sigma\eta\mu\alpha\iota\nu\epsilon\iota$ $\tau\tilde{\epsilon}\ \acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\rho\upsilon\phi\epsilon\iota$ $\eta\ \tau\tilde{\epsilon}\ \acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\rho\upsilon\beta\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\varsigma$, item $\acute{\alpha}\nu\tau\iota$ $\tau\tilde{\epsilon}\ \nu\upsilon\nu$. Nemo horum animadvertit vocem ex hebraico textu retentam esse, scilicet ibi habentur נִיחֵן־נִיחֵן , voces propter obscuritatem a Graecis interpretibus in versione retentae. *Tempe Helvetica* P.V. p. 173. Confer etiam *I. Drusii Miscellanea* Cent. I. cap. 98.

2 Reg. IX, 32. Loco $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\beta\eta\theta\iota$ $\mu\epsilon\tau' \epsilon\mu\tilde{\epsilon}$, quod habent omnes Codices Versionis Alexandrinae legendum est $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\beta\eta\theta\iota$ $\pi\rho\tilde{\varsigma}\ \mu\epsilon$, ut extat in editione Complutensi. Prior lectio, orta ex scriptura vulgata cod. hebr. יִחֵן *Aquilae* versionem continere videtur.

2 Reg. X, 27. Pro למחלה $\delta\iota\ \delta$ habent $\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\upsilon\tau\rho\tilde{\omega}\nu\alpha$, ut legitur in *Cod. Vaticano*, vel $\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\epsilon\tau\rho\tilde{\omega}\nu\alpha$, quae est *exempli Aldini* scriptura. Verba $\epsilon\iota\varsigma$ $\nu\omicron\pi\rho\tilde{\omega}\nu\alpha$, quae Complutensis editio pro verbis $\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\upsilon\tau\rho\tilde{\omega}\nu\alpha$ exhibet in ordine, sed *Montfauconius* in margine Codicis regii invenit, vindicanda esse videntur *Theodotoni* aut *Symmacho*. Verba autem $\epsilon\iota\varsigma$ $\lambda\epsilon\tau\rho\tilde{\omega}\nu\alpha\varsigma$,

quae ab eodem *Montfanconio* reperta sunt in margine eiusdem Codicis regii *Aquilam* habere auctorem videntur. *Fischer* Prol. XXXI. de vitiiis *Lexicorum N. T.* p. 14.

2 Reg. XI, 10. Ἄλλος, τὰς Φαρέτρας καὶ τὰ δόρατα. In his verbis alii coniecturis nimis indulgentes fortasse viderint vestigia scripturae a nostra diversae, nempe םיִלְתִּי (confer Gen. XXVII. 3. LXX.) pro םיִלְשִׁי: sed *Scharfenbergius* (in Prol. de *Iosephi et Vers. Alex. consensu* p. 22.) plane abhorrens ab eiusmodi coniectura *Iosephi* manum agnoscit, qui sensum loci laudati (in *Arch. Iud.* IX, 7, 2.) ita expressit: ἀνοίξας δὲ Ἰάδαος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὀπλοθήκην, ἣν Δαυὶδὸς κατασκεύασε, διεμέρισε τοῖς ἑκατοντάρχαις ἅμα καὶ ἱερεῦσι καὶ λειτῆταις ἅπανθ' ὅσα εὗρεν ἐν αὐτῇ, δόρατα τὲ καὶ Φαρέτρας, καὶ εἴ τι ἕτερον εἶδος ὄπλων κατέλαβεν.

2 Reg. XII, 12. Hic iterum editio Complutensis veram Alexandrinorum versionem nobis servavit, dum pro καὶ ἐξέδοσαν, quod habent reliqui libri omnes, exhibet καὶ ἐξωδίασαν αὐτό, quae vera lectio est, etiam ab interprete *Vulgato* expressa verbis: qui impendebant eam. *Ἐξέδοσαν* aut ex alia versione sumtum est, aut Grammaticorum ingenio debetur. Nam primo v. 13. ὄνηξ est erogari, expendi, quod verbum οἱ ὁ verbo ἐξοδιάζεσθαι explicarunt: deinde verbum ὄνηξ refertur ad verbum ἄρηθ v. 5. h. e. redigi, quod iidem interpretes verbo εἰσοδιάζεσθαι reddidere: adeo, ut certissimum videri debeat, eos etiam verbum ἄρηθ interpretatos esse verbo ἐξοδιάζεν. Confer *Fischeri* Prol. VII. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 8 19.

2 Reg. XXI, 6. Pro *Θελητήν*, quod exhibet h. l. *Ald.* et *Alex.* reponit *Vossius* in *Vindiciis* pro *LXX Int.* p. 61 *Θελιτήν*; praeunte *Lexico MS.* sub *Cyrilli* nomine, quod *Origenis* esse putat, in quo manifeste legitur *Θελιτήν*. Pro *Θελητήν*, editio Romana habet *τεμένη*. Caeterum de his et aliis similibus nominibus consulendus est *Wierus de praestigiis Daemonum* lib. II. c. 1. Aliam coniecturam protulit *Sam. Petitus Var. lect.* cap. 25. qui *τελετήν* emendandum esse iudicavit, nixus auctoritate *Suidae*, qui *τελεσφόρον, τέλειον μάντιν, ἐγγαστριμυθον* interpretatur.

2 Reg. XXIII, 11. *Bochartus* in *Hierozyoico* Lib. II. cap. 10. pro *ἔδωκαν*, quod exhibent h. l. codices fere omnes, editionem Complutensem ac Parisiensem rectius habere *ἀνέθηκαν consecraverant*, male mihi statuere videtur. Quis enim non videt hanc lectionem merum glossema esse, quo
libra-

librarius docere volebat *διδόναι* h. l. vt hebraicum *יָדָן* (Levit. XX, 2.) *consecrandi* notionem habere.

LIBER I. PARALIPOM.

1 Paral. IV, 22. Ex collatione textus hebraici non infeliciter quoque nomina propria, quae plurima in editione τῶν ὀ leguntur admodum depravata, restitui posse, exemplum est hic locus, vbi pro *דְּבָרֵי עֵינֵיקִים* in versione Alexandrina extat *ἀβεδδδδρ εἰς μαθεκίμ*, vel, vt in aliis exemplaribus legitur *ἀβεθθθθν ἀθεκίμ*. Sed verba hebraica, ab Alexandrinis proprie accepta, docent satis referibendum esse *καὶ ἀβδδβαρὶμ ἄττικιμ*.

1 Paral. XIX, 6. Graeci h. l. ex consueta lectione (dissentit enim editio Complutenfis, pro criticae artis infantia graeca ex Hebraicis corrigens) *καὶ παρὰ Σωβαλ* (et auxilia mercati sunt a Sobal) habent. Quae litera λ in fine addita, si interpretis est, nec mendum librarii, digna notatu erit lectio ob versionem Syriacam. Est enim *Sobal* pars Syriae circa castellum Arabiae *Schauber*. Suspicio tamen *σωβαλ* esse mendum librarii sive ex repetitione literae Α ortum, quae secundum scripta in Δ transit, sive quod margini aliquis *σωβαλ* adscripserat, praecedens nomen *μααχα* interpretaturus. *Maacham* enim *Schaubecam* esse docuit *I. D. Michaelis* in *Commentatt. Soc. reg. Scient. Goetting. per ann. 1763 — 68 oblati*, p. 103 sq.

LIBER II. PARALIPOM.

2 Paral. III, 4. Pro *ἀλαμ* apud Alexandrinos scribendum est *ἀυλαμ*. Pertinet enim haec vox ad ebraicas, quas Graecis literis scripserunt interpretes veteres Graeci. In textu hebraico autem legitur *אֲלָמ*. Confer *Drusii animadversiones* lib. II. cap. 51.

2 Paral. IV, 6. Variant h. l. exemplaria graeca, quorum alia *οἱ ἀρχοντες Ἰσραήλ* habent, et alia *οἱ ἀρχοντες ἰσρα*. Ego vix dubito, quin haec posterior lectio ex scholio marginali, vt fit, in textum irrepserit.

2 Paral. XXX, 25. Loco *ἐξ ἰερουσαλήμ*, quod habet codex Vaticanus, scribendum est *ἐξ ἰσραήλ*, vt legitur in Alex. et Complut. Confer *Drusii quaestiones hebraicas* lib. III. qu. 32.

LIBER ESRAE.

Estra VI, 11. Verba *ἔσται εἰς διαρπαγὴν*, quae h. l. reperiuntur in exemplo Complutenfi, Theodotionem auctorem habere videntur.

LIBER

LIBER ESTHERAE.


Esther I, 14. רואי פני־המלך ab τοῖς ὀ eleganter dicuntur οἱ ἔγγυς τῆ βασιλέως, vt in omnibus editionibus ac codicibus, ita in exemplo Origenico ab *Vsserio* ad calcem *Symtagmatis de graeca LXX Intt. versione* (Lond. 655. 4.) ex *Arundeliana bibliotheca* edito: sed οἱ δεῶντες τὸ πρόσωπον τῆ βασιλέως in exemplo vetere alio, ex eadem bibliotheca ab eodem viro docto in lucem protracto. Sed superiora illa verba videntur esse ab alio quodam interprete profecta. *Fischerus* Prol. XVII de vitiiis *Lexicorum N. T.* p. 12.

Esther II, 18. In versione Alexandrina legendum est: καὶ ταῖς δυνάμεσιν καὶ πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτῆ pro: πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτῆ, καὶ ταῖς δυνάμεσιν. Nam verba πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτῆ pertinent ad verba לְכָל־עַבְדֵיךָ, et verba καὶ ταῖς δυνάμεσιν respondent verbis: וְשָׂרֵי. Vulg. cunctis principibus et servis suis. Neque enim huius verborum traiectionis exempla rara sunt in versione septuagintavirali. Vide Exod. I, 7. VII, 28. et X, 25. Plalm. XXVII, 9. Confer *Fischeri Supplementa Commentarii I. Vorlii de hebraicis N. T.* Spec. II. p. 13.

Esther IX, 26. 28. 29. ter legitur vox Φρουρά, quae in textu hebraeo Persicae פורר responderet. Vix dubium est, quin illud φ in Φρουρά a male sano aliquo forte critico hic intrusum, vt vox affinitatem cum Graecorum Φρουρῶν nancisceretur, sit tollendum, legendumque Φρουρά, quod exacte convenit cum פורר vel פוררים fors et dies fortium. In Ed. Complut. v. 26. Φρουρίμ legitur, quae lectio coniecturam nostram satis confirmat.

Iam vero nos ad id properamus, cuius causa haec praefationis loco scripsimus. Indicendi nempe sunt Vobis nunc, CIVES OPTIMI, dies, quibus I. C. Servatorem nostrum ab inferis redeuntem pie ac religiose venerabimur. Quos dies festos si ita egerimus, vt non solum resurrectione huius viri divini animos nostros solatio omnium malorum repletos, potestatem omnis peccati abolitam, mortis et inferorum tyrannidem fractam et salutem generis humani consummatam esse grati cogitemus, sed etiam nos excitari a morte peccatorum patiamur, et novam cum Christo vitam agere incipiamus, tum rite sancteque resurrectionis dominicae sacra peragemus. P. P. Domin. Palmar. a. p. C. N. MDCCCI.





VI 216

5. + 24. Juli 2:00

23 = 2

39 = 6




vd 18

TR. → 22

VD 17

04.200 n Sel,





SYLLOGES
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN
VERSIONES GRAECAS V. T.

PARS III.

QVA

AD MEMORIAM RESVRRECTIONIS CHRISTI

GENSI

HLEVSNER

PROF. PVBL. ORD.
PRAEPOSITVS, NEC
ORDINIS THEOL.

REDVM.



I
PHI
IN A
N

